✠

EN SILUNTIS CELSIOR CORONIS OLYMPICO THOLO

PROCERITATE SUIS, LAUREA, IMMANICATE PRISCIS á Pyramidum cuspide usque ad Humipetam per circum nuper ornata,

DUM

MINORIADUM FILIORUM ISRAEL VULNERATI CÆTUS, Proceres, Magnarii, in Bœtico Silo Hemispherii Seraphici, Emporica Urbe, Monte Symbolico congregati de Benedicta promissionis terra eligenda curant.

TERRA BENEDICTA

SEPTEM ORBIS AMBIENS COLONIAS, EXPLORATORIBUS novi Jacob Cessas Seraphicis, quorum funiculis tot multivolis, quot prolixis, tamtum insolubiles, quantum ligatas.

Hæc gloria sonet:

M irum ! fanatici Magi S, quam ubique Cyndriarch A
A rgus per Numinis ------ F rancisci funiculus Orbe S
G esta Onychinæ immope R zonas ignifer —— —— I
N ostri, suo flavis reg------ A li pulchrioris superi S
A lexandro suis ---------- N otis Diademate Colm I

URBS EMPORICA

SECUS BOETIS AQUARUM DECURSUS, TOTO ARBUSTIS sophorum percelebris Proceris Mundo, dum Seraphicas tingens per Ripas Castrorum Mansiones inscios eliminat, acerbatim congerit Senecas; sic non abscondita supra Montem posita:

canit;

D emosthenes Palas, ------ C icerones Romulei Laud E
O nusti famosior--------- I Minervarum si lustra- N t,
M iris auriferi ho------ S Atheneo Minore ------ S
U rbem locupletant han C verè Seraphicam Gemmi I s
S cilicet, Palæstris, en- I m excedentibus cuncto S

MONS SYMBOLICUS

INQUO VERE DISPUTAT DOMINUS. HUIC HISPALENSI signiferi hominis Dei Francisci regali Prædio circumcincto funiculis per quaternum solis curriculum, pergulam acutelis explens encomiis, ternumque per orionem subtilitatum Hyetos Minervam, Præsulum Commitiatus peritissimus adest, dum laudabilis Eparchon dignissimum suum electurus Seraphicus numerus.

A die 3. mensis Novembris usque ad 6. ejusdem inclusivè, anni Domini MDCCLXIX.

Hispali: In Offic. *Josephi Padrino*, in vico Genuensi.

APODIXIS SACRA, ATQUE BOETICI HUJUS SERAPHICI Capitularis Senatus breve Apographum.

Congregatique sunt omnes filii Israel in Silo, ibique fixerunt Tabernaculum testimonii, & fuit eis terra subjecta::: ad quos ait Josue: Dividite terram in septem partes. De lib. Josue Cap. 18.

Sunt ne Achillis, Persi, vel triumphātium Cęsaris tot voces, quot Laureę Siluntino loco sua gloriosè cantantes trophæa? Verè procul ab his Laureto, & gloria isti. Sexaginta ex fortissimis Israel minoribus (Pisan.) Francisci natis, omnes mysticè tenentes gladios, victis jam Vallis, devellato Silo, sua triumphalia vulgant. Silo arduis Roboribus, Montuositate, ac Munimento situs (Josephus) in Hostica, sub electo ex millibus (Vatab) Christi vexillario in clariori, victriceque Seraphica Sobole in unum Conventa ignis vibrante lumine, amplius (Casiod.) apparet mirum, ac magis. Tabernaculum testimonii lapidea ex structura situm, ac Domus Dei autumatum, (Serar.) substructio valida supra firmissimam Seraphicam Petram (Pisan.) fundata quæ talis pariter fultura mirificé est cum labitur, dum Franciscus verè fortissimus Athlans opere, (Lequil.) & doctrina Dei substentat Ecclesiam. Eccam non Columelis, nec Menii lapidibus, Actiticiis, Gemmarum Pinaculis, & Herculis neque in Columnis fultam, sed Cœlesti Boeticę Franciscanæ Eparchiæ Scopulo, qui non undis, ventis, nec temporis abolescet tinea, specioso ejus stemmate, Christo, nempe, Jesu ad Columnam ligato constitam. Populo huic acquisitionis, generationi quærentium faciem Dei Jacob per totum Orbem (Maluend.) pro divisa tuum tendenti funiculum, data est terra, non arefacta, inanis, nec tribulis, sed benedictionis rore (Bord.) fæcunda, cunctarum virtutum adaquata fluviis, sata miraculis, ac omnis sapientiæ, & scientię varietate pulchra. Sic Læti Comitio Coloni Seraphici pro tanto dignissimo eligendo Toparcha fundum suam, scilicet, electissimam terram in septem sortes distribuunt, quarum quatuor primis lætitia innenarrabili Aras implebunt Altaris per conciones fructus mirificos in spiritus sapientiæ, & virtutis ostensione expirantes Oratores celebres, quorum in labiis diffusa est gratia; in eodem spiritu recta sapientes ter aliis vespere S. D. Viridario florentibus alii laureati viri eruditè fæcundabunt Palæstram, quorum Clypea sunt: *non plus ultra*. Et si quid ultra, tantum Tertuliani encomium: *Magnus Franciscus* (Pol.) *Sola Gloria minor*. Venite, ergo, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram.

S-acram spargere humum sep-TEM en stemmata sum -- e - --MA
N-ostra per clupe---------- OS sua foraminibus pe-------TRÆ
SERA-pis igniti--- ---------- PHI -ictoris, atque Gemmati --CÆ
PRO-lis Francisci Pilas-------- VIN centis Herculeas ter-- ---TIÆ
BOE-tica; hæc Pompæ to---- TI -dem ornant magnifi-----CÆ.

PRIMA

PRIMA SORS HÆREDITAS FILIORUM BENJAMIM.

Hæc à Jordane (Abul.) in Mare Magnum pergens, dilecta Deo, & Arcis ob viatorum auxilium (Salign) gaudens privilegio Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam in primo suæ purissimę Conceptionis physico instanti pulchrè designat; Etenim optimam terram amari usque ad mare latam, immo Oceanis excelsiorem aquis fundavit eam Altissimus, & super flumina illam præparavit, ut omnis gratiæ, & pulchritudinis Hyetos superioribus fæcunda terra virgo per cuncta orbis latera benedictionis Benjaminæ (Bern.) largiretur fructum.

ECCE HÆREDITAS DOMINI.

Quam sic (August.) elegit, & prælegit ante mundi constitutionem, ut esset Sancta, & immaculata Mater Dei; selegit hęreditatem suam pulchram; in initio viarum suarum possedit terram hanc ab omni labis rudere cortice, atque totius deceptionis venenosis serpentibus immunem. Uno verbo: possessio valde dilecta, & Deo decora nimis, ut de hac ipse dicere queat: *Locus in quo stas, terra sancta est:* *etenim hereditas mea præclara est mibi.*

SIC IGITUR

Sobolum	Basis,	Exteris	Parens
Orizon	Ei	Servitus	Umbræ
Renidet	Nostra	Helius	Ripis
Tensi	Jordanis,	Terreque	Novis :
Insularum	Arx	Effundens	Simul
Tota	Maria	Rores	Ignitos
Illibata	Iu	Regnaper	Mundum
Omnifera	Ne, non	Adest	Atlans ?

M = ala ergo A = verte, ò viR = go, prol = I = bus ev = Æ.

ARX INEXPUGNABILIS

Innixa supra dilectum suum contra inimicicię tyrannidis impetus in refugium hominum. Hæc est (Rich.) Maria, Murus, qui suffodi, nec perfodi potest, cum non super arenam, sed supra firmam Petram, nempe, Christum fundatus sit. Murus á Deo omni gratia, & virtute munitus caput serpentis conterit, ne ab hostibus diripiantur possessiones civium, vel fideles victis virtutum armis, captivi in perditionem ducantur.

Dum Primordiales hujus anhelitu persalso oris sui gratias, & candores perorat P. Fr. JOANNES BARREDA, Prędicator Apostol. & in Cæsariensi Cœnobio Conventual. primarius, *in cunctorum auribus acutus, sed dulcis resonabit sonus.*

SECUNDA SORS HÆREDITAS FILIORUM SIMEONIS.

Hac loco uberrimo sita, in qua litterarum, vel Sacrę (Liran. (Doctrinæ valida, regia, & veterrima floret Civitas, atque vestutatis Archivium (Magall.) monimentis inclytum mistice adumbratur.

Civitas enim	Altissimis	Pulcherrima	Campis
Habitans, Dei,	Margaritis	Nitidulis	Ista
Enitens magis	Auroræ	Sequens	Vestigia
Reprimit Hercule	Nemeę	Diabolicas	Iràs,
Umbras hæresum,	Tela sua atque	Omina	Terens
Bolis per orbem,	Icarusque per	Margines	Aquæ
Infans ore facis,	Stellaris frons	Igni pedibus,	Solque
Confovebat omnes:	Sola veré	Nitidissimè	Lucet
Urbs ista Dei	Ingens valis,	Incolumis	Vigil
Sapientię miris	Miranda tot	Circumdata	Castris:
Ergo Clarior Astris	Ubi Averni	Umbrifera	Iacit
Terram hanc dum	Simeonis	Sors Dominicam,	Signat.

SORS GUZMANORUM.

Nulla hac litterarum floribus opimior, nullus sapientię segetibus agro hoc uberior, immortalis, antiquissimæque sobolis suę clarissima fama, atque nulla tot laureatis pulchrior, dum terrarum orbem ambiunt Dominici Glorię. Absit ergo Arcifinii Campus præsente hac floridissima Sorte.

Jam comitio hac die Conventatis vocalibus, oratione reteget eruditissima scopum P. Fr. RODERICUS MARQUEZ, ex Lector Philosophiæ, & in magna regali Hispalensi Domo nodorum moralium peritissimus resolutor, *qui mille sapientiæ salibus omnium obiectabit Palatum.*

TER-

TERTIA SORS HÆREDITAS FILIORUM ZABULONIS.

PRO hujus Coronide MonsCelſus adeſt, ſaltus Domini nuncupatus. Hic inſtar molliſsimæ Ceræ reſolutus recipiendo Chriſto Sinum aperuit, ad cujus tactum uſque hodie omnia lineamenta, ſignaque Jeſu Corporis in ipſo ſaxo conſervantur expreſſa,
(Adricom.)

Quid ergo in hoc plus inſignitum, quam myſticus, &

Aethram volatu	Scandit Franciſcus	Properus	Seraph
Pergés in hanc, ut	Eurialus. Trojam,	Non minus	Igne
Obtectã; ẽnuſque	Montis cunctum	Succenditur	Gelu
Seraph Alvernç:	Percutit amor,	Frigitque	N:tas;
Terret Franciſcus,	Eecum tingi	Rubricis ex	Intus
Onere Encolpi,	Rupto corde	Adſunt	Foramina
Latere, Plantis	Simul, voliſque	Nomarum;	Ecce
Iam mõs apparet	Excelſus Signis	Chriſti	Rubeſcens,
Corpus Franciſci	Rutilans, nempe,	Inſignifer;	Inde
Imagine jam	Alarum ſex	Seraphim	Devictor,
Exuviis, atque	Placat	Characteribus	Enſem
Tedii Numinis	Hoſtes ſuos	Impugnantis	Juſtè

MONS MIRABILIS

DOMINI, FRANCISCUS, SCILICET, CUJUS CARO IGNE liquata Seraphico, ac cujus ſpiritus, non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis quinque aperiens Chriſti Corporis ſinus, totuſque in Jeſu Crucifixi expreſſam ſimilitudinem transformatus, ſic mons Crucis charactere inſignitus erit in Cœlo cum Dominus ad judicandum venerit?

QUARTA SORS HÆREDITAS FILIORUM ISSACHAR.

In hujus latissimo Campo est Vallis Jezrael nimiæ vastitatis Monumentum (Alexandrin.) dicta, in quo Semen Dei jacuit, & (Arcon) surrexit.

QUID ERGO PRO EXCELLENTISSIMORUM D.

D. MARCHIONUM DE AYAMONTE

MONIMENTO PERENNI ALTIUS HOC MAUSOLEO?

QUID PRO NOSTRI AMORIS PIGNORE PLUS æstimabile perpetua hac Pyra? Horum mundi Heroum, Bellatorumque insignium honorificè, sed non absque lachrymis nostris jacent corpora. In pace sepulta sunt nuda ipsorum ossa; sed si nostris oculis vita jacet, eorum memoria nobis jucunda; non Marmoratis Herculis laudibus, sed suis præclaris facinoribus surgit. Trajani Cinerum Monumenta altitudine palmorum 177. nostrorum Tutelarum obeliscum nobilitatis, stemmatum, & plus ultra, virtutum, quarum cacumen Cœlorum fores extollunt, non superant. Pro his grata nostra Bætica Provincia Thura laudis devota, orationis, immaculatæque hostiæ Deo sacrat, ut à cunctis reatibus absolutis illo perpetuó lætentur, dum in cordis sui Monumento hoc perenne.

LEGITUR EPITHAPHIUM.

Jovis hic jac	———— ————	Et	———— ————	enim	Victor
Ac jacens fulg	———— ————	Et	———— ————	enebris,	Iam
Cinerum liqu	———— ————	Et	———— ————	imulo	Virtus,
Et mors si terr	———— ————	Et	———— ————	iam	Vita
Nobis præluc	———— ————	Et	———— ————	nicis	Nãque,
Terensque splend	———— ————	Et	———— ————	si in	Tũba.

QUINTA SORS HÆREDITAS FILIORUM ASER.

Hęc fertilis, & uber Gleva aquarum viventium Puteo; vel quatuor fontibus totam tyri (Adric.) planitiem fæcundantibus consignata,

BEATISSIMÆ SEMPER V. M. CONCEPTIONEM PURISSIMAM propritim significat,

EX HOC QUIPPE PUTEO, ET FONTE MARIANO, TAMquam de Spiritus Sancti Libano, Candoris, lucis æternæ, gratiæ, gloriæque ad amicos suos aquę vivę fluunt maximo cum impetu, nam nec Spiritus Sancti largitio, nec larga Mariæ distributio tarda sciunt rerum Molimina. Puteus ergo cunctas in se gratiæ aquarum recoligens, atque

Viridis	Candor	Motus,	Siloa
Eminens,	Antra	Sagminis	Iter
Retegens	Nubis	Habes sic	Nigræ,
Et tandem	Dei	Mater,	Eluens
Fons sordes,	Obstans	Alias;	Labes
Omnesque	Ruens,	Rivis	Aquarum
Nos rigat,	Item	Induit	Bios
Simul	Salute	Animæ.	Esto

V = ia cunct = I = s g = R = atię; G = loriæque pariter Ord = O.

Huic ergo gratiarum fonti Mariæ Dei Matri purissimæ, ex cunctis floribus qui in terra nostra apparent, hunc inter omnes Selectum, à N. que V. D. Subt. Custoditum, hęc nostra minoritica Provincia Bœtica pro sui amoris signo reverenter

D. O. S.

PRI-

PRIMUS THEOSOPHICORUM FLOS;

SICUT lilium inter spinas; sic Amica mea inter filias. (Cant. cap. 2.) quibus in verbis B. V. Marię Conceptionem lilium de spinis, his carens expressim vocat Adam Vict. Hinc appositè, sicut lilium inter spinas, (Damian.) Sic Bma. Virg. Maria enituit inter filias, quæ de spinosa propagine judæorum nata candescebat. Diaboli filias ibi Alanus intelligit, quia Patri similes; quare non lilium spinarum, Maria, sed inter spinas, & Adę filias, quia nec lilium suffocarunt ex veteri noxa spinæ; nec Mariam pupugerunt, sicut cunctas filias ex Eva genitas. Lilium Mariæ reddit odorem Deo placentem, quia plantatum inter duas valles cordis, & Corporis; & quomodo lilium concipitur in immunditia, sic B. V. Maria in Utero Matris fuit concepta obnubilato immunditia peccati originalis, tamen per virtutem Spirit. Sanct. fuit præservata, itaquod fuit tota Sancta, immunis ab omni labe originalis culpę. Utrum autem B. V. Maria fuisset ligata saltim aliquo debito tale peccatum originale contrahendi, est inter Scholasticos ventilabile. Qua propter nos semper fortes in bello isto Mariano, accerrimè (die 3. Nov.) propugnabimus, *Bmam. Virg. Mariam fuisse immunem ab omni debito actuali, & absoluto, tam proximo, quam remoto contrahendi peccatum originale.*

***

Suavissimum istius floris Mariani odorem cunctis sparsum, ab omni eluvie, & labe, pervigil præservabit P. Fr. JOANNES MORENO, in majori Hispalensi Conventu studentium philo Magister, quem fulciet firmissima *Petra*, & inexpugnab. *Turris* R. P. Fr. PETRUS DE LA TORRE, jubilationis corona meritò decoratus, & in insulæ Leonis Hospitio dignissim. Caput, cui in encomium dicet Minerva: *Major est sapientia tua, quam rumor, quem audivi.*

***

SEX-

SEXTA SORS HÆREDITAS FILIORUM NEPHTHALIM.

Hæc, (ex Heb.) Nephthalicus Ager irriguus, dans in generatione eloquia pulchritudinis, verba elegantia, atque uberrimos pręcoces fructus, exponitur.

EN ICON

Rmi. P. N. Fr. ANTONII ABIAN, LECT. JUBILATI, MAJESTATIS Catholicæ in Regia Matrit. Synodo pro Immaculata Conceptione Doct. Theolog. & in hac Cismontana familia dignissimi Comissarii Generalis.

HIC EST AGER ILLE, QUEM INTER ELISIOS CAMPOS Dominus concupivit, ut in Selecta Hæreditate Seraphica, Idumea triumphorum Minervalium Palmis: Aquis Doctrinæ salutaris Nilus; Phaethon radiis amoris; Periander Sapientia, & consitus Frondosissimis virtutum, & pignorum ramis, coronam pulchritudinis, glorię & honoris poneret, atque cunctis Ager exculptus dotibus, suavissimos largiretur fructus. Quid ultra? Multa quidem cæterum cuncta laus pro sua absit modestia; satis pro suo, nostroque sit honore litteralem Palęstram per orbem læte canere famam hujus sui cognominis, nempe,

A =biani	B =lasson	I =mpigre	A =ltivola	N =ancit,
A =dvolans	B =andis	I =ncelsibus	A =etheris	N =omen
A =diacet,	B =abilas	I =nsigni,	A =naxagoras	N =oto
A =c Socrates	B =rabiis	I =nclyto	A =equus	N =oster
A =bianus, ex	B =onis	I =n aevum	A =equitas	N =ascitur.

Tanto igitur venerando Præsuli, hæc Bœtica Eparchia nostra, in verum sui filialis lætitiæ ostentum, hunc florem ex amæno V.N, Subt, viridario colectum hilariter

D. O. S.

SE-

SECUNDUS THEOLOGICUS FLOS.

ELEGIT *nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti* ::: *qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum, &c.* (Ephes. cap 1.) hic apertè loquitur D. Paul. de voluntate illa absoluta, & efficaci, qua elegit nos Deus, hoc est, (Hieron.) ut qui Sancti, & immaculati ante non fuimus, postea essemus. Sic complacuit Patri dare nobis regnum per misericordiosissimam, & omninò liberalem electionem ad gloriam: præscivit enim quos voluit, quos præscivit, & prędestinavit, quos autem prædestinavit hos, & vocavit, & hos eosdem justificavit, & glorificavit; qua electione ad gloriam efficimur imagini filii sui conformes. Non ergo ex operibus nostris (August.) discreti sumus á perditionis massa, & facti vasa honoris, & gloriæ, sed misericorditer propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus. Volens ergo salvos nos facere sustinuit Deus in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum, ostendens liberalis divitias gloriæ suę in vasa misericordię, quę, præparavit in gloriam. Propterea quod, (die 4. Nov.) tuebimur *electionem absolutam, & efficacem prædestinatorum ad gloriam esse ante meritorum prævisionem*. Et conseqnenter ad hanc Divinę misericordiæ ostensionem: *Deum non reprobare positivé quos reprobat, ex mero suo beneplacito antecedenter ad prævisionem peccatorum eorundem*, pari virilitate sustentabimus.

***

Istum in sua viriditate florida, & illibatum valide conservabit P. Fra ANTONIUS LOPEZ MURTTO, almo in Cœnobio portus à Sanct. Maria Lectoris Lauro insignitus, sub protectione R. P. Fr. ILDEFONSI BARRERA, Lectoris jubilati, & in Cæsariensi Domo meritiss. Studiorum Regentis, *quem Dominus Spiritus sapientiæ, & intellectus implevit*,

***

SEPTI-

SEPTIMA SORS HÆREDITAS FILIORUM DAN.

Hæc in sortem quamdam, Alnum à Latinis vocatam habuit, cujus pulchritudine, & frondium densitate placidè obumbrat viatoribus.
(Isid.)

QUÆ HAC MAGIS AMÆNE ARBOR EXIMIA
Proculdubio.

EXC. D. D. BONAVENTURA OSSORIO DE MOSCOSO, PHELIPEZ DE GUZMAN, DAVILA, ROXAS, Hurtado de Mendoza, Fernandez de Cordoba, Comes de Altamira Marchio de Astorga, Leganèz, Ayamonte, Dux de Sanlucar la mayor, Princeps de Aracena, Dominus Septem Villarum de Campos, &c.
Bœtico-Seraphicæ Provinciæ insignis
Patronus.

HIC ALEXANDRO FORTIOR, MAGNIFICENTIOR Pomponio, & Phœbo nobilitate clarior, Augusta apparet Arbor, cujus florida radix, cujus truncus illustris, cujus virides, & latæ frondes, tot protegunt, quot dulcem suæ pietatis quærunt umbram. Merito cum canticis hęc nostra Bœtica Eparchia ait: *Sub umbra illius quem desideraveram, sedi: & fructus ejus gutturi meo dulcis.*

Multa ergo per Aeva
vivat

Taxea absint,	aliæque	indi A
Arbores, nostra,	cæterum	inte R
Lignea magè	celsa	in or B e
In Cœlum subet	germine	su-- O
Salve ergo, ò	Nobilis	Arbo R

Huic tandem supremo Domino grata hæc nostra semper Seraphica Wandalica Eparchia pro Comitiis Provincialibus Congregata, hunc odoriferum florem ex semper voluptuoso V. N. D. S. Joann. Duns Scoti Paradiso depromptum, in perpetuum suę benevolentiæ monimentum lætè
D. O. S.

TER-

TERTIUS SACRÆ SOPHIÆ FLOS.

TU ES PETRUS, ET SUPER HANC PERTRAM edificabo Eccleſiam meam. (Matthei Cap. 16.)

INTER CATHOLICOS VIGET, UT FIDEI DOGMA, non minus Petri Succeſſoribus; quam ipſi Petro Chriſtum promiſiſſe, quod Eccleſia ſuper illos ſtruenda ruitura non foret, futurum immobile fundamentum totius ſpiritualis ædificii inſtituit in Petro omnes ejus Succeſſores; ac proinde in poteſtate, authoritate, & virtute ſunt ipſe Petrus, ita ut in ipſo Chriſtus omnibus ſuis Succeſſoribus dixerit: *Confirma fratres tuos, paſce Oves meas.* Sic in Petro ſuper Capitis viſibilis, & Eccleſiæ (text. Auguſt.) humerum Clavem domus David dedit Dominus, ut aperiat, & nemo claudat, qui claudat, & nemo aperiat. (Apoc c. 3.) Huic Petri Succeſſori ſuam infallibilem aſsiſtentiam promiſit Chriſtus, ut ſedes Sancta ſua regnaret in domo Jacob in æternum, quapropter regni ejus non erit finis. Pro eo rogabit Chriſtus, ut non deficiat fides ſua, & cum Supremo Eccleſię Paſtore erit uſque ad conſummationem ſæculi. Sed An talis Succeſſor Div. Petri legitimè electus ſit immediatè de fide Divina verus Papa? Celebris apparet apud Theologos Catholicos controverſia. Ad quam hanc (die 5. Novembris) dabimus reſolutionem: *Eſt immediatè de fide Divina, quod Clemens XIV. legitimé electus, & feliciter regnans eſt verus Papa.*

Pro viribus hujus floris pulchritudinem ab omni adverſitate defenſitabit P Fr. FERDINANDUS VALDERRAMA Philoſoph. incumbentium in Urſaonenſi percelebri Conventu Magiſter, cui auxilium ſuum præſtabit R P. Fr DIDACUS GONZALEZ, Sophiæ Sacræ emeritus Lector, & in Aſtigienſi Cænobio Præſul Optatiſsimus, cujus in ore hoc eniteſcet lemma: *Hinc jam non plus ultra.*